

gryphes in montibus insident auro, ne quis usus sit hominibus : sed omnia refert ad usus primos patriæ.

Cæterum Musæ cum puræ elegantesq; sint, & sibi in societatem etiam assiciscant Gratias : ideo oratio , quæ menti humanæ ancillatur , ut fida interpres , & ad plures internuncia, nihil sordidum, nihil inquinatum , nihil deniq; feculentum sectabitur. Non decet nobilem matronam famula sordida & pannosa , sed pura & expedita. Vnde meritò ridentur illi, ex quorum sive calamo sive ore tanquam ex ubertimo fonte ornis verborum illuvies in alios exundat : ut ad telam & colum sedentium plerasq; aniculas aut puellas disertiores dixeris , quam istius tribus viros.

Quam vero noster Rex de omnibus eloquentiæ eupulis lautissimis delibârit non vulgaria , velex eo apparuit , quod ad arcem ipsam eloquentiæ contenderit , & latina lingua usus sic nitidissime & elegantissime : ita ut à Gratiis enutritus , à Musis educatus dici , & cum quovis gradu in conferre potuerit. Qui enim hanc facultatem sibi adolescens neglexerit , paulo proiectior vix aliquando adepturus videatur.

Cum vero omnes studiorum conatus evertantur , nisi constantia in labore nitantur: ideo verè de Rege nostro dici potest , quod non solum metam noverit , sed è carceribus egressus & in media semita percurrentes illam proprius asperxerit , nec ab ea oculos dimoverit antè , quā quo voluit , per